

3

DISPUTATIO SECUNDA,

QUA

A C T A

S. APOSTOLORVM
EX SCRIPTORIBUS ANTIQUIS,
MAXIME PATRIBUS ECCLESIASTICIS,
ET AUCTORIBUS CLASSICIS PROFANIS GRÆCO-
ROMANIS ILLUSTRATA.

JOAN. CASP. SANTOROCCUS,

Profess. Ordin. Antiquit. Græco-Romanarum, Pa-
dagogearch, & p. t Facult. Philos. Decan.

P R A E S E S.

E T

CASP. CHRISTIANUS KRÖSCHEL,

Allendorffanus ad Salinas, Studios. Phil.

R E S P O N D E N S.

Publica & placide Dn. Commilit. disquisitioni h. l.s.

ad diem XXVI, Februar. MDCCXII.

subficiunt.



IN ACADEMIA MARBURGENSI.

Typis JOANNIS KÜRSNERI, Academ. Typograph.

VIRIS

Plurimum Venerando, Reverendis, Doctissimis,

DN. JOAN. FRIDER. von Haxthausen/
Ecclesiarum ad Fuldam & Vierram Superinten-
denti, Allendorffanæ vicinæque Diceceos Me-
tropolitano meritissimo.

DN. GEORGIO CLAUSENIO,
Ecclesiæ Allendorffanæ Pastori fidelissimo.

DN. GEORGIO DANIELI PAULI,
Pastori Ecclesiæ Merxhusanæ facundissimo, Prä-
ceptori suo maximè colendo.

UT ET

Viris Nobilissimis, Spectatissimis ac Prudentissimis,

DN. OTTONI GUIELMO Thauer/
Reipubl. Allendorffanæ Consuli Dignissimo.
Reliquisque CONSULARIBUS ac singulis ordinis
Senatorii MEMBRIS Meritissimis,

Mecenatibus suis atque Patronis certissimis

Hæc Academicas primitias eâ, qua
par est observantia, D. D. D.

C. C. KRÖSCHEL,
Respondens,



J. N. D. A.

DISPUTATIO SECUNDA,

ACTA SANCT. APOSTOLORUM
Ex scriptoribus antiquis sacro-profanis maximè ex Patri-
bus ecclesiasticis & Auctòribus classicis Graeco-
Romanis illustrantur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ. A. I.

VERS. I.

Verso vulgata Latina.

Τὸν μὲν πρότερον λόγον ἐπομοδ-
μην πᾶς πάντων, ὁ Θεόφιλος, ὃν
ηὗξατο ὁ Ἰησος ποιεῖ τε καὶ δι-
δασκειν.

Primum quidem sermonem
fecide omnibus, ὁ Θεόφιλος,
quæ cœpit Jesus facere, & de-
cere.

PRiusquam Lucas ad ipsam *Actorum Apostolicorum*
historiam pertractandam, progreditur versu hoc
primo quandam quasi praefatiunculam premitit,
quâcunq; Evangelio suo hunc librum congruè & aptè
concep̄ens indicat id, de quo in priori ipse scrips-
erit. Atque vel ex hoc exordiendi modo appetet, *Lucam* cuiusc; ali-
quatenus versatū in Græcis Auctòribus. Hi enim inter quos *Xenophō*
Historicus terissimus libros suos fere omnes de expeditione Cyri,
secundum, tertium, quartum, quintum & septimum similiter

A

ordini

ACTA APOSTOLORUM

Cap. 2. I. ¶. 1.

ordiri solet. ex. gr. (*) Ora M̄EN dñ ēt̄y ἀναβίστηκε κύρος οὐ ΒΑ-
ΔΙΟΣ ἐν τῷ οὐρανῷ ΜΕΧΡΙ τῆς μητρὸς (pro quo Lucas Act. L. 2. AXI τῆς ἡ-
μέρας) εἰς τὸν οὐρανὸν λόγῳ διδάσκων i. c. Que Graci in expeditio-
ne, quam cum Cyro instruerunt, ad pugnam usque gesserint, su-
periore libro est expōsum. Eademque fere extērārum librorum
apud Xenophontem sunt initia.

§. II. Occurrit statim post articulūm Græcorum pr̄positi-
vum Msc. generis τὸν, particula M̄EN, quam aliās conjunctiō-
nē solet excipere, ex. gr. Τῶν M̄EN ἐπαντίους οὖτε, οὐαὶ ΔΕ-
πατιθόντοις οὐ πειραταῖς. Iohannes quidem baptizavit aquā,
vos autem baptizabimini in spiritu sancto. Act. I. ¶. 5. Item ¶. 6.
& 7. ibidem, aliisque in plurimis scriptorū Græcorum sacro-pro-
fahorum locis passim uniuersique animadventi obviis. M̄EN
autem hic vacare videtur, quemadmodum interdūm conjunctio
quidem apud Latinos solet. ex. gr. in [v] CICERONE exflat:
Sceniorum QUIDEM mos tantam habet, veteri disciplinā ve-
recundiam, ut in scenam sine subligaculō prodeat nemo. Nostro
QUIDEM more cum parentibus puberes filii, cum sacerdos gener-
ris non lavantur. Similiter M̄EN apud Platonem frequentius
vacat: ex. gr. (vv) Οταν ἦν δὲ τὸ πρῶτον ΜΕΝ τῆς μητρὸς ἀνεψι-
χρονίας, i. e. cùm, inquam, primum quidem matrem molestè fer-
rentem audire. Eodem modō apud (x) Plutarchum Chero-
nense: Καθόντα ΜΕΝ ἦν τοῖναι, καὶ θυσίαν λέγειν ἔτασσεν, &c.
Universum quidem igitur dicendo, quod de artibus & scientiis
dicere consuevimus. In his enim locis dñ nullum sequitur. Mal-
lem tamen & hoc addere; nimisnam particulam M̄EN h. l. à scri-
ptore Actorum Apostolicorum insertam esse pro dñ, uti factum
in sequentibus [**] Demosthenis verbis: Ηρότορ ΜΕΝ, αὐτὸς Α-

170

(*) Xenoph. Lib. III.

[v] M. T. Cicer. de officiis Lib. I. Cap. 35. mili pag. 142.

(vv) Plato VIII. de Republ.

(x) Plutarch. Cheron. libello de educatione puerorum. Cap. IV. ¶. 1.

[**] Demosthen in initio oration. de Coronis p. m. 147.

τέρτιος ἀνθρώπος, Θεοῦ ἔργοναι &c. Cape tamen & hoc *αὐτόν* *τὸν πατέρα*
quid vicè versā conjunctiōne MΕΝ clīsū reperiatur ΔΙ. ex.gr.(y)
Τὸ Διάτημα εἰς τὴν τριάδα εἰναγνωσθεῖσι οὐκίσ. i. e. permanere
verò in carne magis necessarium propior vos. Præcedente enim
versu xxiii. deest MΕΝ.

§. III. Particulam MΕΝ sequitur superlativus πατέρων per syn-
copen τὸν & κατάλιπτον, in οὐ, loco πατέρων. Non insolentem
apud Gracos graduum inter se enallagmē esse, ex hoc exemplo
clarè patet. Nam πατέρων superlativum contractum hic pro com-
parativō πατέρεστι legendū esse existimamus Similiter permuta-
tio seu Enallage superlativi pro comparativo alibi reperitur.
Ex. gr.(z) πατέρεστι (pro πατέρεστι) ἡγάντεστι ήταν. i. e. prior di-
lēxit nos. [a] πατέρεστι μού ἦν. i. e. πατέρεστι, prior me erat. Hac
de Graduum inter se permutatione, nunc de ejusdem vocabuli
[πατέρεστι] Jversione. Versiones omnes, quas quidem evolvimus,
Syriaca, Arabica, Æthiopica, Latina vulgata, &c. Belgica, Gallica
in eo convenient, ut πατέρεστι vertant *primum* seu *priorē* scil. πατέρων.
Atque hac ratione nudum indicare videntur ordinem, quo Evan-
gelium Luca respectu Actuum Apostolicorum, qui διεισέρχεται πα-
τέρων, sit πατέρεστι πατέρεστι. i.e. prior tempore & ordine. Errant au-
tem vulgo, qui πατέρεστι, η, οι, ubique ἐνδεικνύεται interpretari anxii
querunt, ut nihil præter ordinem numeralem designet. Hi, nisi
literarum Græcarum plenè expertes esse videantur, Lexicogra-
phos ferè quosvis, Budæi, Stephanū, Scapulā &c. cù dñe consiliant,
si forsitan ipsa Auctōrum Græcorum volumina inspicere tēdet. Nos
asserimus & probamus ex scriptoribus Græcis, vocabulum πατέρεστι,
η, οι, idem significare, quod Latinorum *Præcipuus*, *a, um*, *Prima-*
rūs, *a, um*, *Principalis*, *e*. Nam apud (b) P̄utarchum legimus:

A. 2.

τις

(y) Epistol. ad Philippon. Cap. I. §. 24. ubi nulla particula MΕΝ
legitur.

(z) 1. Epistol. Joan. IV. ve s. 1.

(a) Evangel. Joan. I. vers. 15. §. 30.

[b] Piat. symp. l. 2.

K. 2. 1. v. I.

6. ACTA APOSTOLORUM
τῆς ἀρχῆς ἀδρεψ, Viros primarios seu principales. Apud (c) Thucydidem, cuius stylum suo iam tempore (d) priscum etum commendavit, exstat: τοῖς τοῖς, Primarii civitates. Apud (e) Lucianum τὰ τοῖς esse dicitur, qui princeps est, inque primis in honore habitus. Adde, quod in eadem hac significacione hoc vocabulo (scil. τοῖς) sacri codicis scriptores fuerint usi. ex. gr. (f) τοῖς πρωτοῖς τοῖς Τολκαῖς: (g) πρωτοὶ οἱ λαοί: (h) πρωτοτάντιδαιον. Atque id etiam Magnum illum (i) Danielem Heinustum statueri commovit, vocabulum τοῖς in eodem sensu praecedente allegato Joannis loco Cap. I. v. 30. occurrere, verbaque hæc τοῖς με sequente paraphrasa esse expōnenda: *I., qui post me venit, excellentiā ac donis omnibus me superat: ut qui primas semper de me tulist. Ego τοῖς videor, cum sim præcursor: ille ἐμετέρης, quia post me venit. Sed qui post me venit, prior factus est. Nec mirum. Nam ut iempore, sic potestate τοῖς meus erat.* Quod si τοῖς etiam est primarius, præcipius &c. quid obstareret τοῖς τοῖς λόγοι, verte-re primarium seu præcipuum Librum s. sermonem? Nonne enim liber Lucæ evangelicus, quem hic vocat τοῖς λόγοι respe-ctu Actuum Apostolicorum primarius dici potest? Suspendere autem

-
- [c] Thuc. l. 3. [d] M. T. Cicero in Oratore suo Cap. 9.
Graviter sane & prob̄e res gestas & bella & prælia narrat
Thucydides. Et iterum in eodem: Thucydides omnes dicen-
di artificio, meā sententia, facile vicit. Scribunt quoque
Dionys. Halicarnas. & Cicero de claris oratoribus, Demo-
sthenem adeo Thucydidis stylum probâsse, ut librum ejus
oūties descriperit, totumq; penè edidicerit. Vide scriptor,
in vita Thucydidis.
- (e) Luc. in Tim. & Greg. [f] Evang. Marci Cap. VI. v. 21.
[g] Evangel. Luca Cap. XIX. v. 47.
[h] Act. Apost. Cap. XXV. vers. 2.
(i) Dan. Heins. Aristarch. sac. Exercitata. Cap. XV. pag. mihi
300, 301, 302, 303.

autem judicium nostrum in hac quæstione placet, ne videamur à tot consentientibus interpretibus dissentire. Malo potius omnia liberis prudentiorum judiciis libere hæc in parte relinquere.

¶ IV. Cum epitheto ἀρτων conjungit scriptor Actorum Apostolicorum ΛΟΤΟΝ. Quid sit ΛΟΤΟΣ, & quām varia apud Autores sacro-profanos significet, non est, cur jam moremur. (k) Erasmus Schmidius triginta novem hujus vocabuli enarravit significata. Accedimus potius ad rem ipsum investigaturi genuinum ejus vocabuli sensum hoc in loco. Multi, inter quos Arabe versionis interpretes, Arias Montanus, Vulgatus, Andreas Ossander, M. Lutherus, &c. ΛΟΤΟΝ h̄c vertunt sermonem seu orationem. Nec etiam caret suis rationibus hæc versio: nam I. comedē fere sensu occurrit alibi in textu sacro. ex. gr. (l) Petri oratio seu sermo ad Iudeos & incolas Hierosolimitanos Græcè exprimitur per vocab. ΛΟΤΟΣ, in numero plurali. Similiter (m) Judæ & Silæ sermo in singulari vocantur ΛΟΤΟΣ. II. Præterea quoque nec desunt Actorum Græcorum testimonia que candem versionem stabilire videntur. ex. gr. (n) Plutarchi: Στρυγέν τινα Λυκείας ΛΟΤΟΝ i. e. commemorare seu recensere aliquam Lycurgi orationem. (o) Demosthenis: Τίς εὸν ήταν οἱ πολλοὶ τέτη ΛΟΤΟΙ; i. e. quānam ergo hujus oratio? III. Huc pertinet, quod Gracis ΛΟΤΟΙ peculiariiter dicantur, sermones seu orationes eorum, qui Λογοτάτων Oratorum nomine claruerunt ex. gr. Δημόσιες ΛΟΤΟΣ ἐλευθερίας πρωτότοτος, διύτερος, τρίτος &c. alios ut tacet Oratores. IV. Imò adjunctum sequens verbum ιπποντάριν non obscurè forsitan demonstrat, ΛΟΤΟΝ h̄c esse vertendum sermonem seu orationem; nam λόγον seu λόγιον ποιεῖται Gracis idem est, quod

La-

(k) Erasm. Schmid. Nov. Test. Grac. Cap. I. Evangel. Ioan. v. 1.
pag. 645, 646, 647.

(l) Act. II, vers. 22. confer vers. 14, 15. &c.

(m) Act. Cap. XV. vers. 27.

(n) Plutarch. apud Posselium in Calligr. Orat. ling. Græc. p. 738.

(o) Demosthen. Orat. de Coronis.

ACTA APOSTOLORUM

Kep. d. I. §. I.

Latinis sermonem seu orationem habere, verba facere, ex. gr. (p) Isocrates: ΛΟΓΟΝ ή ΔΟΓΩΣ ΠΟΙΕΙ ΣΘΑΙ έραχιον i.e. brevi oratione uti. (q) Idem: οὐδὲ τὸ περιγραφὴ ΠΟΙΗΣΟΜΑΤΙς ΔΟΓΩΣ i.e. nunc de ipso negotio verba faciam. (r) Thucydides: πλούσιοι ή ΔΟΓΟΥ ΕΠΟΙΗΣΑΜHN i.e. digressionem orationis feci sen habui. Atque haec sunt rationes, qua nos movere possunt τὸν πρῶτον ΛΟΓΟΝ, vertere priorem sermonem seu orationem. Ecuid quia si aliud est Evangelium Lucae, [quod hic textus sacer vocat πρῶτον λόγον] quād sermo de Dn. Iesu Christi nativitate, vita, morte, sepultura, resurrectione & ascensione conscriptus? Cum autem sint, qui obtendunt, Evangelicam Lucae historiam non satis accurate dici possic orationem, videamus, num convenientiorem eligere licet sensum vocab. Δόγης. Syriacæ & Æthiopicæ versionis interpres, cum quibus sensu convenienter Theodorus Beza, Junius, Tremellius, Erasmus Schmidius, item Batavorum verlio, vocabulum ΛΟΓΟΝ interpretantur LIBRUM. Atque huic interpretationi propriis accedere videntur Erasmus Roterodamus, qui Volumen, Anglus & Gallus, quorum illi Tractate, hi autem Traité verterunt. Nam veò huic versioni, qua maximè arridet, ex Græcis Auctoribus probatis auctoritas à nobis conciliari queat, videamus. Nostrâ quidem sententiâ ΔΟΓΩΣ Græcorum interdum eadē gaudet significatione, qua Latinorum LIBER, VOLUMEN, TRACTATUS. Hoc probamus Lex (f) Cicerone, cui Xenophontis ΔΟΤΟΣ Ομονοίας est LIBER Oeconomicus. IL Ex (t) Galeno, in quo scriptum legimus: ναὶ τὸν ΔΟΓΟΝ, id quod vertimus, LIBRO septimo, nec ineptè: nam alibi loco vocabulorum ἐθνον Δόγη dixit idem auctor τελεορ γέγονα. Quod autem γέγονα sit LIBER, ex Lexicographis manifestissimum. Hinc LIBRI Sybillini Græce appellau-

(p) Isocrates apud q. Posse, in Calligr. Orat. ling. Grac. pag. 47. 57

[q] Isocrat. in P. negyr. [r] Thucydid. Lib. I.

[S] M. T. Cicer. III. Offic. (t) Galenus apud H. Stephan.

Thes. ling. Grac. Tom. II. pag. 624*

Cap. 2. I. v. 1. SANCTORUM ILLUSTRATA.

pellantur γέμικατα Σιβύλλαι. III. Ex Herod. in Clion. dicentes
 ἐν Ιοΐς ἀστυπάτοις λόγοισι ποιήσουσι, qua verba jam suo
 tempore Cumeri, verit, in LIBRIS historia Assyria sum facturus
 mentionem. Atque ex hac allegatorum exemplorum auctoritate
 unicuique attento lectori facile constabit, nobis licitum esse vo-
 cabulum ΛΟΓΩΝ, quod hic in texu sacro legitur, vertere LI-
 BRUM, VOLUMEN seu TRACTATUM. Unde rectius for-
 san intelligimus, quid sibi uicit Luca phrasis λόγοις ἐποιησάμην, ni-
 mirum LIBRUM CONFECI, sive VOLUMEN HISTORI-
 CUM COMPOSUI. Quod loquendi genus quamvis non sta-
 tim meminerim, me ullibi coniunctum in Auctoribus Græcis le-
 gisse; attamen nomina Λογοποιεῖν & Λογοποῖοι ex utraque phra-
 ses voce [scil. ex Διαλογοῖς & ποιῶνa composita] in lingua Græca
 sunt valde usitata. Nam ΛΟΓΟΠΟΙΟΙ appellantur, HISTORI-
 COS qui confecerunt LIBROS. ex. gr. (u) κατὰ θεοὺς τῶν ΛΟΓΩΝ,
 ΠΟΙΩΝ i. e. secundum nonnullos HISTORICORUM. (v) Ἐνοι
 δὲ τῷ ΛΟΓΟΠΟ οὖν λόγοις, οἷς θνήτως μηδεποὺς ἔχοντες i. e.
 Nonnulli vero SCRIPTORES HISTORIARUM aīsunt, matris
 cum eo sororem fuisse nuptam. Ex his itaque dictis, nisi mani-
 festissime fallar, appetat clarissimè, ΛΟΓΩΝ πρώτοι, scilicet h. l. LI-
 BRUM Luca Evangelicum, quo res gestæ Domini nostri Iesu
 Christi continentur.

§. V. Quæritur autem de quibus Evangelista εὐ τῷ πρώτῳ λό-
 γῳ egerit? Respondet ipse hoc versu I. Act. I. Capite: οὐ πάντα
 τον, ὁν ἕρξατο ὁ Ἰησοῦς παιεῖ τὸ σύδεσμον i. c. de OMNIBUS
 que Jesus ceperit facere & docere. VULGAT. VERS. Πρὶν ταῦ-
 ταν, inquit, i. c. de OMNIBUS. Sed quomodo tuebimur, Lu-
 cam in πρώτῳ suo λόγῳ de OMNIBUS, qua Jesus fecit & docuit,
 scripsisse? Quomodo haec cum verbis (vii) S. Joannis convenienter
 dicente: Ετιδέ τοι αἴδε πολλά, οὐδεὶς πίστει Ιησὺς, οὐδὲ γέρω-

B

712

(u) Zosim. Lib. I. p. 654. I. 31.

(v) Xenoph. Cyropæd. Lib. VIII. p. 181. I. 7.

(vii) Evangel. S. Joan. Cap. XXI. v. 25.

τα καθ' ἑ, οὐδὲ αὐτὸν δικαιο τὸν κόρην χρήσαι τὰ γραφάρεα βέβλα
 i. e. Sunt autem & alia multa, que fecit Iesus, quae si scribantur
 figuratim, ne mundum quidem ipsum opinor capturum eos, qui
 scriberentur, libros? Eleganter ad hanc responder questionem
 (x) Chrysostomus: Πῶς εἰ, φίσι, οὐδὲ πάλιν Λουκᾶς λέγει; Ἐλλ' εἰ
 θέτει πάντα, οὐλλα τοῦ πάντων ἀπό τοι τὸν αἴρομενον τοῦ
 παλινμερος οὐ πάντων λέγει τὸν ανεχόμενον τοῦ παλινεργόντων.
 i. e. Def. Erasm. Roterodamo interprete: Quonodo igitur, inquit
 et aliquis, hic Lucas loquitur de OMNIBUS? Atque non dixit
 OMNIA, sed de OMNIBUS, perinde ac si quis dicat summa-
 tim & ingeneri: aut de OMNIBUS loquitur, quo necessaria fiant,
 urgentque. Proinde jure concludimus, πάντων vocem παν-
 οντων, qua plus quam millies ducenties quinquagies in Nov. T.
 Græc. legitur, hic non esse notam universalitatis inclusis scilicet
 omnibus speciebus & individuis nullā nullōque excluso. Ne-
 mo enim, qui allegatum locum Joannis Cap. XXI, vers. 25. atten-
 tā mente perpendit, facile credet, OMNIA & singula J. Christi
 dicta gestaque in πρώτῳ λόγῳ i. e. in Evangelio Luca comprehen-
 dendī. Atque hic quoque scopus Evangelista aliorumque Scri-
 ptorum sacrorum esse videtur, ut non OMNIA curiosè & sub-
 tilliter enarrent, sed de OMNIBUS tantum annotent, quantum
 ad salutem seu spiritualem ædificationem sufficit. Merito itaque
 doctrina Iehovæ vocatur (y) πατὴν. Et hoc spectant Divi Pauli
 verba: (z) Καὶ ἡμεῖς οὐ μητροὶ εἰς οὐεγνῆ ἐναγγελίζουμεν, παρ-
 οὐντηρεσίας θεαύματα, οὐδὲ θεάτρα ἐστοῦν.

¶. VI. Inscriptitur autem noster Actorum Apostolicorum li-
 ber, sicut & (a) Evangelium Luca THEOPHILO, quem hæc
 verba, οὐ ΘΕΟΦΙΛΑ, expresse compellant. Luca enim inter alios
 Evangelicos scriptores peculiare quasi fuit, libros suos aliqui in-
 scribere

(x) D. Joan. Chrysostom, in Acta Apost. Cap. I. Homil. I. p. m. 5.

(y) Psalm. XLIX. vers. 8.

(z) Epistol. ad Gal. Cap. I. vers. 8.

(a) Luca Evangel. Cap. I. vers. 3.

scribere; sicut dubio non quidem, ut more quorundam Scriptorum, quos auri sacra famis tangit, emendicaret uummus, sed ut forsan tanto melius volumen *Actorum Apostolicorum*, quod sicut & alterum, quod *Evangelicum*, privatâ industria composuerat in, notesceret: nam *Lucas* noster nec erat *Apostolus*, nec *Apostoli dictata* exceperat, ut dicitur *Marcus* exceptissime dictata *Petri*. Quod si quis sciscitur, quare *Lucas* in sua hac inscriptione statim inje-
cerit s. renovaverit mentionem Φλόγα πάρτου seu libri sui *Evangelici*, audiat eundē. [b] Chrysostomū interrogantem & responden-
tam: Τινος ἔνεκεν αὐτὸς [scil. *Lucas*] ἀναμιμνήσκει τὴν Ευαγγελίην;
ἀπειλητικῶν αἰτιώνας ἐνδείξασθε καὶ γέρων εὐχόμενος θῆται
νοι, φοιον ἔδειξε κάμῳ παρηκολούθητο αἰτίαν πάσιν αἰτιών τοις
ἔντονοι χρήσαις οὐτε τὴν δικαιάν παρενέψαμενον, σὺνταῦθεν
γενέσθαι τὸν Αποστόλου τὸ πᾶν, λέγων. καθέδες παρέδοσαν ήμιν οἱ απαρ-
χῆς αὐτοῦτοι, καὶ ὑπηρέται γενόμενοι Φλόγην. Διὸ τὸ λόγον σέξιστον
εὑνοῖς, οὐδὲ δέσποινται ἐνταῦθα ἐπίεγες βελαιάσσων, απαγγέλλουσιν πισευ-
δέντος, καὶ δι' εἰκεῖνον τὸ αἰτιών αὐτὸν τὸν αἰτιόντας κατηχόσας· οὐδὲ αἴτη
ηποστολῶν αἰτιώντων γενόμενον. γράψας καὶ πισευδέτες, πολλῷ μᾶλλον ὁ πῶ-
τα συνδεῖς οὐ μὴ περίπτερον παρείληψεν, αὐτὸν αὖτε καὶ πάντας πισευθῆ-
ται δίκαιος ἢ οὐ; (εἰ δὲ τὸ Φλόγα οὐδὲν, φοι, πολλῷ μᾶλλον τὰ τὰς
Ἀποστόλων;) i.e. vertente D. E. Roterodamo: Statim hic [feil.
vers. 1. Act. I.] queret aliquis: *Quam ob rem THEOPHILO re-*
*novat [scil. *Lucas*] mentionem *Evangelii*?* R. *Ut suam declararet*
exactam diligentiam: nam in illius profatione dicit (c) Visum
est & mihi ab initio affectato omnia diligenter ordine tibi scriber-
re. Nec suōnūnius testimonio contentus est, sed oxonia potius refere
*ad *Apostolos* dicens: Quemadmodum tradiderunt nobis, qui ab*
initio spectatores ac ministri sermonis fuerunt. Quagre, quum
illius verbis suis conciliari fidei, nihil hic opus erat alia confirma-
*tione, quum ibi semel habita sit a THEOPHILO fides ipsius ser-*moni*, ac per illum (scil. sermonem) certissimam veritatem cum*

[b] D. Joan. Chrysostom. in Act. Apost. Cap. I. *Homilia I.*[c] *Evangel.* Luca Cap. I. vers. 3.

edocuerit. Etenim cuius fides est habita scribenti; que audierat, huic multo magis habenda fides, ea scribenti, que nequaquam ab aliis accepit, sed qua vidit ipse simul & audivit. Etenim si ea, que Christus gessit, receperisti, [scil. o THEOPHILE!] multo magis recipies res ab Apostolis gestas &c. Plura, sis, lege apud Auctorem. Atqui hac ratione Chrysostomus respondet ad quæstionem sibi ipsi propositam, quare nempe Lucas mentionem Evangelii sui THEOPHILO renovare voluerit. Querimus itaque ulterius, utrum hæc vox ΘΕΟΦΙΛΟΣ sit nomen proprium alicuius hominis individui, an vero appellativum (ex Θεος & φιλος composite) designans quemvis Dei amantem seu Deogratum? In utramque partem hac quæstio inter eruditos ventilanda proponitur. Quantum ad meam sententiam, ego cum [d] Theophylacto, [e] Grotio, [f] Beza, [g] Schmidio, [h] Pricio &c. existimo ΘΕΟΦΙΛΟΝ enjusdam hominis individui esse vocabulum. Et quamvis hoc nomen ex parte appellativæ de quovis Christiano θεοφίλῳ accepterit (*i*) Epiphanius, ad cuius castra videtur nobis accedere (*k*) Camero adductus forsitan [*l*] Athanasianâ locutione, qui indiscriminat quælibet pium & Christianum appellat Μανζεῖον & φιλέσιον, attamen hæc sententia permultis viris doctis, inter quos prælaudati, nequaquam arridet. *I.* Si enim hi & versi 3 Evangelii Lucae Cap. I. nomen ΘΕΟΦΙΛΟΣ appellativam obtineret significationem, quare non potius plurali quam singulari numero locus esset, non video. *II.* Quod si vel maxime quidam hic singant tropum synechdochicum specie, quo singularem pro plurali usurpare licet, cur S. Lucas Evangel. Cap. I. versi 3, addidit epitheton κερτος, quod omnino, fateor, declarat, ΘΕΟΦΙΛΟΝ esse?

(d) Theophilactus apud Florin. Exercit. Histor. philolog. IV. § 8. p. m. 64. (e) Grotius in Evangel. Luc. I. Cap. verf. 3.

(f) Th. Beza ibid. (g) E. Schmid. ibid. (h) Pricius ibid.

(i) Epiphanius aduers. Alogos.

(k) Camero in Evangel. Luc. I. versi 3.

(l) Athanasius in libris de Incarnatione.

esse nomen proprium cuiusdam Viri primarii, quem (m) Bar Bahul auctor Syrus Lexici apud Edmund. Castellum inter primos credentium & nobilissimos Alexandriae fuisse scribit. *Magnatibus* enim proprie & sepe hoc epitheton competit. Ita (n) *Felix*, ita (o) *Festus* hoc epitheton in Actis condecorantur. Quanquam autem sit, qui arbitrentur Felici homini pessimo id epitheton a Paulo attribui Ironice, vel quod eidem fuerit adulatus, omni probata auctoritate mequidem judice destituuntur. Annotante enim (p) Baronio *Candidati* appellabantur BONI; illi ipsi autem ad *Magistratum* eveeti OPTIMI i. c. *Kogaricos*. Ceterum & scribentes & loquentes Græcè in meritis aliorum exprimendis passim illō dictō epitheton usos fuisse, unicuique accuratiū auctores Græcos perlustranti facile constabit. c. gr. (q) *Plutarchus* Fundanum suum compellat Kpansor. (r) *Aretemidorus* eodem ornat epitheton suum Cassium. (s) *Josephus Epaphroditum*, (t) *Justinus Diogenetum*. Si igitur Θεοί & fuerit compellatio cuiusvis Deum amantis, epitheton hoc *Kedrinos* citatō locō *Evangel.* *Luca I. Cap. ψ. 3.* ex superfluo additum videbitur, id quod temere absque necessitate statuendum minimè arbitramur. III. Quod denique spectat ad objectionem illam quorundam, qui ΘΕΟΥΠΛΑΝΟΝ malunt potius appellativè quam propriè interpretari, est talis: *Si Theophilus, cui Lucas Evangelium suum cum Actis S. Apolorum inscripsit, est nomen proprium hominis cuiusdam individui, sequitur, ut hi libri non pertineant in genere ad omnes Θεούπλανους, sc. Christianos appellative sumtos.* Aque prius verum, E. etiam consequens. Negamus autem & pernegamus absurdam majoris consequiam, quæ nequaquam modō legitimō procedit.

Nam

[m] Bar Bahul apud *Castellum* citante Fabric. biblioth. Græc. Lib. IV. Cap. §. V. p. m. 136. Lit. a. in Not.

[n] Act. Cap. XXIII. ψ. 26. [o] Act. Cap. XXVI. ψ. 25.

[p] Baronio id obseruant ex *Seneva Ep. III.* In pref. in Libr. Antiq.

[r] Artemidor. Lib. IV. Praef. [s] Joseph. de vita sua p.m. 1032.

[t] Justin, brev. Christianis. Institut.

Nam sicut epistole Pauline, licet Timotheo, Tito, Philemoni inscriptæ non tamen non ad Ecclesiam Catholicam universam pertinent, ita & Evangelium Lucifer, ejusque Acta Apostolica, licet THEOPHILO sint inscripta, universæ tamen Ecclesiæ Christianæ communes sunt libri. Plura de THEOPHILO haud addo, cum per pauca certiora de eodem chartis custodibus sint tradita. Quia autem crisi[n] u[er]o Centuriatorum Magdeburgensium judicium de THEOPHILO latum promereat, Critici dispiant. Nos longius non evagabimur.

¶. VII. Ecquæ sunt illa omnia seu πάντα, de quibus Lucas in suo ἀγρυπνῷ ad Theophilum scriptit? R. ὁ ἦγετο ὁ Ἰησοῦς ποιῶν τὴν διδάσκειν, i. e. qua Jesus & fecit & docuit, seu ut vertit Vulgata, qua Jesus cœpit facere & docere. In quibus verbis notabimus sequentia. I. Legimus ὅτι pro ᾧ per dialectum Atticam, qui postpos. articulus, ἐστι, convenit cum præced. πάντων, nullâ habitâ ratione verborum seqq. ποιεῖν & διδάσκειν, qua h. l. accusativum ᾧ poscent. Similes Atticimos vide, sis, Joh. IV. v. 50. 1. Cor. VI. vers. 19. &c. II. Dicitur ὁ ἦγετο ποιεῖν τῇ διδάσκειν, pro ἐποίησεν τῇ διδάσκειν: nam ἀερομας connexum cum alio verbo ipsam actionem additi verbi exprimit. Confer. Math. XVI. 22. Marc. II. 23. Luc. XV. 24. Dantur qui in hac phrasologicâ, quâ ἀερομας cum alio verbo connectitur, Hebraïsum anxi quærunt, sed quo jure, ex allatis seqq. exemplis auctorum probatorum Gracorū, tam Latinorum, qui simili phrasim locuti, abundè patebit. (v) Homer. Toisiv δὲ Ἡφαιστος κλυτοτέχνης Ἡρός ἀγαθεύειν, ἄγειν, ἀγαθεύειν, pro ἀγαθεύειν) i. e. His autem Vulcanus artifex inclitus ceperit concionari si concionatus est. (vv) Idem alibi: Ἀρέτη τῇ πετεψεινοὶ ἔμμεναι, (ἀρέτης ἔμμεναι pro ἔσει) i. e. Incipiet & ulterius ma-

lum

(u) Centuriatores Magdeburg. fatentur, de Theophilo plane nibil uspiam existare, ex quo, quis, aut ubi fuerit, conjecturâ saltem consequiliceat; nisi quod Acta Apostolica Lucam ei nunquam pâsse legimus Act. I. Cent. I. L. II. C. X. de vitis Doctorum.

(v) Homer. Iliad. A. vers. 571. (vv) Homer. Odyss. Δ. vers. 567.

Ium esse s. & erit ulterius malum. (x) Thucydides: Ἡρεύτο μὲν
τὸν τετράδεκατὸν αὐτὸν περιέστη, (ὑρεύτο περιέστη, pro-
τεόν) i.e. Erigitur recta post excidium cœperunt facitare seu
fascitärunt. (y) Virgilinus: Inde totò pater Aeneas sic orsus (or-
sus pro cœpit scil. fari s. loqui) ab altō, i.e. sic locutus (z) Idem:
Sic orsus Apollo. Et (a) alibi: Sic Jupiter orsus. Est et-
iam hoc genus loquendi frequens Petron Arbitro. (b) Hieron.
Sororis maritus cœpit velle prodere, i.e. prodere voluit. III. De
conjunctione particularam n̄ & n̄ nihil dicam, utpote quæ & in
aliis N. T. locis & in purioribus Scriptoribus Græcis sappiūs repe-
ritur. Sunt qui vertunt σωτηρ τε καὶ διδάσκων, facereq; & docere,
sed quia hoc vertendi genus (b) Erafmo Roterod. poëticum vide-
tur, malum vertere, & facere & docere, utpote quod Latinis
usitatus. IV. In vocabulo διδάσκων, nihil est, quod illustratio-
ne nostra indiget. Hoc tantummodo ex antiquitate notandum
censemus, scil. quod διδάσκων antiquitus designaverit fabulam po-
pulo spectandam dare. Unde [c] Athenaeus: Σαραγωνίς δε γαπάνον
ἐδιδόξει Διορυξίον τετταρά, πέντε διδάσκων; & paulo pōst, ἐδιδάχθη
τὸ δράμα. Ideo etiam Poëtae mythologi fuerunt appellati, Τετταρά.
διδάσκαλοι, Καρυποδιδάσκαλοι. Et cum Fabulae proferabant, δι-
δάσκων eos dicebant. Et ipsa Fabule actio διδασκαλia vocabatur.
Verum enim verò procul hinc, procul sunt à sacris nostris omnes
διδασκαλia profanæ. Omnis Christianorum, imprimis Doctorum
ecclesiasticorum, διδασκala sit conformitas vita & doctrina
Iesu Christi. Nec absque causâ Lucas hic dixisse videtur, quæ
Iesus fecit & docuit: Prius enim facere debemus ea, quæ facienda
bono Doctori, & postea docere ea, quæ vero Doctori dicenda.
Proinde (d) Chrysostomus in hunc nostrum locum Actorum Apost.

cum

(x) Thucyd. l. 4. p. 124. [y] Virgil. Aen. L. 2. vers. 2.

(z) Virgil. Aen. L. 9. vers. 656. (a) Aen. lib. 12. vers. 806.

(b) Hieron. in vita Pauli Ercm. (b) Erafsm. Roter. in Act. I. v. i.

[c] Vid. Casaubonum ad Athinæum. Lib. VI. Cap. VII. Item conf.

Wouyver. de Polymath. C. 12. p. 99.

[d] D. Joan. Chrysostom. in Act. Apost. Cap. I. v. 1. Homil. I. p. m. 6.

ACT. APOST. SANCT. ILLUSTR. Kapiz. I. v. 1.
cum emphati quadam singulari inquit: Οὐ δένδε διδασκάτε τοὺς
τρεῖς, εἰ λόγοις μένον φύσασθε τοις, τοιούτοις δὲ διδασκάτε τοὺς
τρεῖς. i. e. Nihil enim Doctore NB. frigidius, qui verbis duntaxat
philosophatur. Neque enim hoc Doctoris est, sed his trionis & hy-
poterita. Utinam omnes Ecclesia Christiana Doctores, Pastores,
Candidati & Tyrone, SS. Theologiae salubribus hisce monitis
constanter uterentur, fruerentur! Id est, quod piis votis pii om-
nies animitus nobiscum exstant.

FINIS DISPUTATIONIS SECUNDÆ.

M. O. Δ.

ANNEXA RESPONDENTIS.

- I. Loca Joan. XXI vers. 25. & Actio. I. vers. 1. sibi invicem non
contrariantur.
- II. Dantur in philosophia veritates, quas publicè profiteri, non u-
bique & semper conductit.
- III. Clara & distincta perceptio est criterium veri.
- IV. Stulti porius quam casti fuit, quod Diogenes visim mulieribus ex
olea pendentiibus & prafocatis dixit: minima arbores cetera fru-
tum hujusmodi ferrent.
- V. Epistola Ciceronis, qua vulgo appellantur familiares, male
ita inscribuntur.

HAec tenus, ut testor, volvisti scripta Sophorum
Affidua semper nocte dieque manu.
Primitias igitur studiorum carpis amoenas,
Dum primum Cathedram non sine laude petis.
Gratulor hos austus, Dominus tua coepit secundet!
Dimidium facti, qui bene cocepit, habet.
Quo bene coepilli, KRÖSCHELI, tramire pergas,
Et tandem veniet messis opima Tibi.

Hac peregrinio Dr. DEFENDENTI Sympatriotæ
suavissimo L. M. Q. P.
OTTO GUILIELMUS THOREJUS, Sipend. Major.

7e 2511

ULB Halle
002 379 813

3




7300

VDCH VD18



B.I.G.



DISPUTATIO SECUNDA,
QUA
ACTA
S. APOSTOLORVM
EX SCRIPTORIBUS ANTIQUIS,
MAXIME PATRIBUS ECCLESIASTICIS,
ET AUCTORIBUS CLASSICIS PROFANIS GRÆCO-
ROMANIS ILLUSTRATA,
JOAN. CASP. SANTOROCCUS,
Profess. Ordin. Antiquit. Græco-Romanarum, Pa-
dagogearch, & p. t Facult. Philos. Decan.
P R A E S E S.
E T
CASP. CHRISTIANUS KRÖSCHEL,
Aliendorffanus ad Salinas, Studios. Phil.
R E S P O N D E N S.
Publicæ & placide Dnn. Commilit. disputationi h. l. f.
ad diem XXVI, Februar. MDCCXII.
subiectunt.
IN ACADEMIA MARBURGENSI,
Typis JOANNIS KÜRSNERI, Academ. Typograph.